

sue cum ea placet. sive cum eius pr<sup>o</sup>uatio displicet. Quo circa inquantum deum nouimus. similes sumus. Sed nō ad equalitatem similes. quia nec taneū eum nouimus. quācum ipse est. Et quē admodum cum per sensum corporis discimus corpora. fit eorum aliqua similitudo in aio nostro. que phantasia memorie est. non eī omnino ipsa corpora in animo sunt. cum ea cogitamus. Sed eorum similitudines. Itaq; cū eas pro illis approbamus. erramus. Error nāq; est pro alio alterius approbatio. Deliz; est tamen imaginatio corporis in animo q̄ illa species corporis. inquantum hec in meliore natura est. id est in substantia vitali sicut anim<sup>us</sup> est. ita cū deum nouimus. quāvis meliores efficiamur q̄ eramus anteq̄ nossem<sup>us</sup>. maxime q̄ cum eadem noticia etiā placita digneq; amata verbū est. fitq; aliqua dei similitudo illa noticia. tñ inferior est. quia in inferiore natura est. Creatura quippe animus. creator autem deus Ex quo colligit. q̄ cuin se mens ip̄a nouit atq; approbat. sic est eadez noticia verbum ei<sup>us</sup>. vt ei sit par omnino equale atq; idemtidez. quia neq; inferioris essentie noticia est. sicut corporis. neq; superioris sicut dei. Et cum habeat noticia similitudinē ad eam rē quam nouit hoc est cui<sup>us</sup> noticia est. hec habet perfectam et equalem qua mens ipsa que nouit est nota. Ideoq; et imago et verbum est. quia de illa exprimitur cū cognoscendo eidem coequatur et est gignēti equale qd̄ genitū ē.

**I**uid ergo amo s<sup>ed</sup> nō erit imago & non verbum nō genitus. Cur enim mens noticiam suam gigmit cum se nouit. et amore suum non gigmit cum se amat. nam ppterēa est notio sue causa quia noscibilis ē. amoris etiā sui causa est. quia est amabilis. Cur vtrunq; itaq; non genuerit. difficile est dicere. hec eīm questio etiam de ipsa summa trinitate. omnipotens;

simo creatore deo ad cuius imaginem homo fact<sup>us</sup> est. solet mouere homines quos veritas dei per humanam locutionem inducit ad fidem. cur non spirit<sup>us</sup> quoq; sanctus a patre deo genitus vel creditur vel intelligitur. vt filius etiā ipse dicitur. Qd̄ nūc in mente humana vt cunq; inuestigare conatur. vt ex inferiore imagine in qua nobis familiariz; natura ipsa nostra quasi interrogata respondet. exercitationem mentis aciem ab illuminata creatura ad lumen incomutabile dirigamus Si tamen veritas ipsa persuaserit. sicut dei verbum filiū esse nullus cristianus dubitat. ita certitudinem esse spiritum sanctum. Ergo ad imaginem illam que creatura est. hoc est ad rationalem mentem diligentius de hac rē interrogādam considerandam. q; redeam<sup>us</sup> vbi temporaliter existens. nō nullarum rerum noticia que ante nō erat. et aliquarum rerum amor que antea non amabantur distinctius nobis appetit. quid dicamus quia et ipsi locutionē temporaliter dirigende. facilior est ad explicandum res que i ordine temporū comprehenditur. primo itaq; manifestū sit posse fieri vt sit aliquid scibile. id ē quod sciri possit. et tamen nesciatur. illud autem fieri non posse vt sciatur. quod scibile non fuerit. Vnde hīquido tenendum est q̄ omnis res quacunq; cognoscimus congenerat i nobis noticiam sui Ab utroq; eīm noticia patit. a cognoscente et cognito. Itaq; mens cum seipsam cognoscit. sola parentis est noticie sue. et cognitum enim et cognitor ipsa est. Erat autē sibi ipsa noscibilis. et ante q̄ se nosset. s; noticia sui nō erat in ea. cum seipsa non nouerat. Qd̄ ergo cognoscit se. parenti sibi noticiam sui gigmit. quia nō minus se nouit q̄ ē. nec alterius essentie est noticia ei<sup>us</sup>. nō solum quia ipsa nouit. sed etiam quia se ipsam. sicut supra diximus. Quid ergo de amore dicendum est. cur non etiam cum se amat. ipsum quoq; amorem sui